



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Titulus Ordinandorum qualis, & plura quæ eò spectant, n. 21.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

tio, eundem nostrum Vicarium seu Examinatores ad id deputatos diutius remoretur.

a *Conc. Trid. sess. 21. de reform. cap. 2. Conc. Prouinc. Colon sub Hermanno 5. parte prima. c. 30.*

Titulus Ordinandorum qualis, & plura quæ eò spectant.

XXI. Titulus beneficialis sit annui redditus quadraginta, vt minimum, Dalerorum Coloniensium, omnibus oneribus deductis, qui titulus in Registro Episcopi Ordinatoris & literis ordinati disertè exprimatur. Et quò fraudibus ordinandorum occurratur, qui suum titulum sæpè resignant contra prohibitionem Concilij Tridentini, a quod expressè declarat, huiusmodi titulum resignari non posse, nisi factâ mentione, quod ad illum titulum resignans sit ordinatus, neque eam resignationem posse admitti, nisi constito, quod resignans aliunde viuere commodè possit, & aliter factam resignationem nullam esse; volumus vt

quili-
a *Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 2. & sess. 25. de reform. c. 16.*

quilibet ordinandus titulo beneficij æ-
què ac patrimonij, præstet coram no-
stro in Pontificalibus Vicario iuramen-
tum hoc.

Ego N. iuro, quod titulum, quem pro
futura mea promotione ad sacros Ordines
exhibeo, verè ac pacificè absque vlla frau-
de seu lite possideam, quodque illum non
resignabo, vel alienabo, nisi mihi de alio
sufficienti titulo beneficiali sit prospectum:
neque tunc quidem aliter, quàm cum sci-
tu & consensu Summi Pontificis Roma-
ni, vel Reuerendissimi mei Archiepiscopi
ac Principis Electoris Coloniensis, in lite-
ris ipsius resignationis, aut alienationis
specialiter exprimendo: item quod titulum
illum, qui in locum prioris tituli succeffe-
rit, absque simili consensu non resignabo
vel alienabo. Ita me Deus adiuuet, & hæc
Sancta Dei Euangelia.

Monitio ad initiandos ordine Diaconatus.

XXII. Ad Ordinem Diaconatus pro-
mouen-